argenteis II, hastis puris II, | salio[4], | C. Vecilius C. f. Pal. Probus | amico optimo. | L. d. s. c.[5]

Tibure rep. (XIV 3612 descr. Henzen et Mommsen). — 1) *Consul fuit suff. a. 100 (C. VI 451).* — 2) *Quaestor fuit Domitiani, cuius nomen hic et infra consulto tacetur.* — 3) *Praefuit vexillariis e legione nona Hispana ad expeditionem Germanicam deputatis. Intellegitur expeditio Domitiani in Chattos (cf. Mommsen hist. Rom. 5 p. 136).* — 4) *Salius fuit Tibure, ubi salii saepius memorantur.* — 5) *Locus datus senatus (Tiburtini) consulto.*

1026 L. Iulio L. f. Fab. Marin[*o*] | Caecilio Simplici IIIIviro | viarum curandarum, tr. mil. | leg. IIII Scythicae, q. pro pr. pro|vinciae Macedoniae, aedili pleb., | praetori, leg. pro pr. provinciae Cypri, | leg. pro pr. provinciae Ponti et | Bithyniae proconsulatu patris sui, | curatori viae Tiburtinae, fratri Arvali[1], | leg. Aug. leg. XI C. p. f., leg. imp. Nervae Traiani | Aug. Germ. provincia *(sic)* Lyciae et | Pamphyliae[2], procos. provinciae Achaiae, | cos.[3]

Prope Cures Sabinos rep., est Pisauri (IX 4965 vidit Bormann). — 1) *Memoratur in actis fratrum Arvalium, a. 91 et a. 101 et in fragmentis incertis.* — 2) *Cf. C. I. Gr. 4238 c.* — 3) *Consul fuit cum L. Arruntio Stella suffectus (VI 1492) anno ut videtur 101 vel 102 (cf. Stobbe Philol. 26, 77; Mo. Herm. 3 p. 123).*

1027 M. Eppuleio | Proculo L. f. | Claud. | Ti. Caepioni | Hisponi[1] cos., pont., | procos. provinc. Asiae | et Hispaniae Baeticae, | praef. aerari militar.

Ravennae (XI 14 descripsit saec. XVI Accursius). — 1) *Hic videtur esse Caepio Hispo memoratus a Plin. ep. 4, 9, 16 seq. Consul videtur fuisse c. a. 104 (Dig. 40, 5, 26, 7 cf. Mo. ind. Plin.). Eiusdem videtur esse titulus mutilus V 5813.*

1028 Q. Licinio | Q. f. Silvano | Graniano | Quadronio | Proculo III|viro ad mo|netam, trib. | mil. leg. VI Vic. | p. f.[1], ex d. d.

Baetulone prope Barcinonem (II 4609 descr. Huebner). — 1) *Consul fuit postea suffectus a. 106 (VI 2016; X 5670).*

1029 L. Min[*icius L. fil. Gal. Na*]talis[1] cos.[2], procos. | provinc. [*Africae, sodalis Augus*]tális, lég. Aug. pr. pr. divi Traiá|ni Par[*thici et imp. Traiani Ha*]driáni Aug.[3] provinc. Pan|nonia[*e . . . ., curator a*]lvei Tiberis et ripárum et | cloacar[*um urbis, leg. divi Tra*]iání Parthici leg. III Aug.[4], leg. di|vi Traia[*ni Parthici leg. . . . . . doni*]s donátus expeditióne Dácic[*a*] | prima a[*b eodem imperatore*] coróná vállári múráli aurea | has[*tis puris III vexillis III, l*]ég. pr. pr. provinc. Africae, pr., | trib. pl., q. p[*rov . . . ., IIIIvi*]r. viárum curandarum, et | L. Minicius L. f. [*Natalis Quadro*]nius Vérus f.[5], augur, trib. plébis | desig., q. Aug. et [*eodem tempore leg. p*]r. pr. patris provinc. Africae, tr. | mil. leg. I Adiut. p. f., l[*eg. XI Cl. p. f., leg. XIIII Ma*]rt. Vic., IIIvir monetalis a. a. a. f. f., | balineum c[*um port*]icibus solo suo et | du[*ctus aquae*] fécerunt.

Barcinone (II 4509 et denuo paullo plenius, rep. a. 1879 novo frustulo, II S. 6145, descr. Huebner). — 1) *Ad hunc L. Minicium Natalem pertinent praeterea titulus*

archive.org